

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1519

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 73 / Tabuteau 160 / Round 705

**Auteur(s) :** Robert le Magnifique, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1027-1035]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert le Magnifique abandonne ses droits sur le Mont-Saint-Michel, revendiqués jusque là par ses prédécesseurs. Il concède en outre, sur son domaine propre, la moitié de l'île de Guernesey, et les coutumes (en particulier le meslage) qu'il s'était réservées sur l'autre moitié de l'île, fief de son fidèle Néel le vicomte ; dans le comté d'Avranches le domaine de Saint-Jean-[le-Thomas] et ses dépendances, la forêt de Bevais, les droits lui appartenant dans le bourg de [Saint-James de] Beuvron, ainsi que huit moulins à cet endroit ; dans le comté de Bayeux, cinq moulins et l'église du domaine de Verson sur l'Odon. La possession de ces biens est garantie contre tout recours et contre toute intervention d'officiers publics au même titre que des biens du fisc.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, pièces justificatives, p. 10, n° 9 (extrait).
- b. Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, p. 251, n° 705 (extrait).
- c. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, t. 3, p. 182, n° 114.
- d. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 73, p. 210-214.

## Dissertation critique

Règne du duc Robert le Magnifique, 1027-1035.

Texte établi d'après d

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. EGO ROTBERTUS COMES FILIUS MAGNI RICHARDI, GRATIA DEI DUX et princeps Normannorum, reddo Sancto Michaeli altare suum cum toto monasterio quod predecessores mei sibi hactenus vindicaverant. Reddo autem illud tali conditione, ut quæcumque a fidelibus populis ibi Deo et Sancto Michaeli fuerint oblata, monachi ibidem Deo servientes omnino habeant, teneant et possideant in loci utilitate, nec ulterius veniat in custodia clericorum aut laicorum, nisi abbatis et monachorum. Et hoc facio, pro remedio animarum parentum meorum, patris

et matris, fratrum et sororum et mea. Concedo etiam de rebus quas ad proprios usus jure hereditario possidebam, et in usus servorum Dei ipsi in eodem loco Sancti Michaelis archangeli servientium sollempniter transfundo, id est medietatem insulæ quæ dicitur Greneroy ad integrum, et ex altara medietate quam quidam fidelis noster, nomine Nigellus, in beneficio tenet, omnes consuetudines quas in meos usus retinebam, hoc est melaium et omnia quæcumque ex ipso beneficio meis usibus proveniunt. Concedo denique in comitatu Abricacensi villam quæ dicitur Sancti JOHANNIS, sitam supra mare, cum omnibus ad eam pertinentibus, silvam quoque quæ dicitur Bivia cum silvulis quibusdam aspicientibus ad eam. In eodem siquidem comitatu, dono et in perpetuum donatum esse volo, in burgo quod appellatur Beverona, quicquid in eo mei juris erat, cum .VIII. molendinis et teloneo, et omnibus consuetudinibus ad totum ipsum burgum pertinentibus in omni parte. Addo quoque molendinos .V. et æcclesiam in comitatu Baiocacensi, in villa quæ dicitur Versun, super fluvium qui vocatur Oldon, ut habeant et possideant jure perpetuo. Hæc omnia, pro animæ meæ remedio et genitorum meorum, necnon etiam fratrum et sororum, transfundo libens et concedo in usus cotidianos servorum Dei, qui die noctuque pervigiles divinis obsequiis, vel nostris adsunt temporibus, vel futuri sunt, in prenominate sancti archangeli Michaelis cenobio, ut his temporaliter sustentati, quietam et tranquillam, Dei miseratione et nostra heredum quoque nostrorum tuitione, agant vitam ; et ne aliorum ullis unquam temporibus querentes victus subsidia ab assiduitate divinatorum obsequiorum se jungantur, volo ut hæc jure perpetuo teneant, possideant, habeant absque ulla reclamazione et publicorum ministrorum inquietudine, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes. Precor autem eorum qui mihi in hoc quem propicia divinitate teneo successerint honore animos, ut sicut suæ auctoritatis inconversa, quæ locis sanctis, pro suarum remediis animarum constituent, obtabunt precepta, ita hoc nostræ devocionis preceptum inconversum et incontaminatum observent, ne quod mihi spe firmissima per Dei gratiam profuturum credo ad animæ meæ salutem, violatorum temeritati, quo absit, proveniat ad dampnationem. Si quis autem aliquando, postposita hac petitione, instinctu diaboli commotus hoc decretum violare vel aliorum vertere presumpserit, in diem magni judicii, a Deo et Sancto MICHAELE rationem reddere cogatur. Et ut hoc inconversum permaneat et omnibus seculis notum, manu propria subter firmo, fidelium quoque nostrorum testimoniis firmandum trado.

+ EGO WILLELMUS, COMES NORMANORUM, FILIUS ROTBERTI COMITIS, concedo Sancto Michaëli suisque semper servientibus quasdam nostras insulas Sercam et Arenon, propter alteram medietatem Greneroy quam pater meus Rotbertus eis ob suam animam dederat, quam ego Rannulfo filio Anschitilli reddidi.

+ Ego Vuilelmus, princeps Normannorum et Dei gratia dux, hanc donationem manu propria corroboravi.

+ Signum Rotberti archiepiscopi. + Signum Heriberti episcopi. + Signum Hugonis episcopi. S. Hugonis Ebrocacensis episcopi. + Ego Rotbertus, princeps Northmannorum gratia Dei dux, hanc donationem manu propria corroboravi et meis fidelibus corroborandam tradidi. + S. Rogerii filius Hugonis. + S. Rotberti pincerna. + S. Nigelli vice comitis. + S. Nigelli filii ejus. + Goisfredi Farsels vicecomitis. + S. Aymonis vice comitis. + S. Hugonis vice comitis. + S. Rogerii filii Rodulfi. + S. Turstingi vice comitis. + S. Gozilini vice comitis. + S. Rodulfi vice comitis. + S. Turoidi constabili.

Isti sunt testes donationis Willelmi, filii Rotberti comitis : Hugo episcopus Abricensis, Willelmus filius Willelmi, Niellus juvenis, HAduaiardus rex, Hunfredus Namo, Willelmus filius Rainoldi, Rogerius filius Hunfredi, Losfredus vice comes, Hugo filius Huberti, Hunfredus Parvus.